

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8. Cui competit recipere sacramentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

conferri ante baptismum, non autem sacramentū confirmationis: sicut enim effectus confirmationis, qui est robur spirituale, præsupponit effectum baptisi, qui est iustificatio, ita sacramentum confirmationis præsupponit sacramentum baptisi.

ARTICVLVS VII.

**Super Questionis
8. Articulum se-
ptimum.** *Vtrum per sacramentum confirmatio-
nis conferatur gratia gratum
faciens.*

id quod sum: & ideo gratia gratum faciens, non solum datur ad remissionem culpa^r, sed etiam ad aug-
mentum, & firmitatem iustitiae. Et sic consertur in
hoc sacramento.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ sicut ex ipso nomine
ne appetat, hoc sacram datur ad confirmandum,
quod prius inuenierit, & ideo non debet dari his,
qui non habent gratiam. & propter hoc sicut non
datur non baptizatis, ita non debet dari adul̄tis pec-
catoribus, n̄ si per poenitentiam reparatis. vñ dī in
Aurelianensi concilio,* ut iiciunt ad confirmationem
veniant, ut moncantur confessionem facere
prius, ut mundi donum Spiritus sancti valeant acci-
pere. Et tunc, per hoc sacram perficitur poenitentia
effectus, sicut & baptismi: quia per gratiam collata
in hoc sacro, consequitur poenitens plenioram
remissionem peccati. Et si aliquis adul̄tus in peccato
existens, cuius conscientiam non habet, ut si etiam
non perfecte contritus accedat, dummodo non
filius accedat, per gratiam collatam in hoc sacra-
mento, consequitur remissionem peccatorum.

Habetur de
consec.d.5.
e.vt ieiunii.
D. 380.

AD SEPTIMVM sic proceditur.
Vñ quod per hoc sacramentum
gratia gratum faciens non confe-
ratur. Gratia.n.gratum faciens,
non ordinatur contra culpmerit
sed hoc sacrmerit (sicut dicitur est*)
non exhibetur nisi baptizatis, qui
sunt a culpa mundati. ergo per
hoc sacramentum, gratia gratu-
faciens non conferatur.

Tz Prat. Peccatores maxime
indigent gratia gratum faciente,
per quam solam iustificari pos-
sunt. si ergo per hoc sacramen-
tum gratia gratum faciens con-
fertur, vñ quod deberet dari homi-
nibus in peccato exilientibus:
quod tamen non est verum.

Tā Præt. Gratiæ gratum faciēs, specie non differt, cum ad vnum effectum ordinetur; sed duæ formæ ciuijdem speciei non possunt esse in eodem subiecto, cum ergo gratia gratū faciens conferatur homini per baptiſtū, vñ quod per sacramentum confirmationis, quod non exhibetur nisi baptizato, gratia gratum faciens non conferatur.

e
in

SED CONTRA est, quod Melchiades Papa dicit, *spiritus sanctus in fonte baptismi, plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum praestat ad gratiam.

RESPON. Dicendum, et in

RESPON. Dicendum, ut hoc sacro (sicut dicitur eti*) da-
ratur baptizato Spiritus sanctus ad
robur, sicut apostolis datus est in
die Pentecostes, (vt legitur Act.
2.) & sicut dabatur baptizatis per
impositionem manus apostolorum,
ut dicitur Act. 8. Ostensum
est autem in prima parte, *quod
missio seu datio Spiritus sancti
non est nisi cum gratia gratum
faciente: vnde manifestum est, q
gratia gratum faciens confertur
in hoc sacramento.

AD PRIMVM ergo dicendum,
q̄ gratiae gratum facietis primus
effectus est remissio culpe: habet
tamen & alios effectus: quia suffi-
cit ad hoc, q̄ promoueat homi-
nem per omnes gradus usq; in
vitam aeternam, secundum illud
Rom. 6. Gratia Dei vita aeterna:
vnde & Paulo dictum est 2. Cor.
12. Sufficit tibi gratia mea. Et ip-
se dicit 1. Cor. 15. Gratia Dei sum

AD TERTIUM dicendum, quod (sicut dictum est *) gratia sacramentalis addit supergratiam gratum sa-
cientem communiter sumptum, aliquid effectuum*
specialis efficitus, ad quod ordinatur sacramentum.
si ergo consideretur gratia in hoc sacramento col-
lata, quantum ad id quod est commune, sic per
hoc sacramentum non confertur aliqua alia gratia,
quam per baptismum: sed quae prius inerat, atge-
tur: si autem consideretur quantum ad illud specia-
le quod superaddiatur, sic non est eiusdem speciei
cum ipsa.

62.21E.2.

*ias spiri-
alis.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videatur quod hoc sacramentum non sit omnibus exhibendum. Hoc enim sacramentum ad quamdam excellentiam datur, ut circu- est; sed id, quod ad excellentiam pertinet, non competit omnibus. ergo hoc sacramentum non debet omnibus dari.

¶ 2 Præt. Per hoc sacrum augetur
aliquis spiritualiter in perfectam
ætatem: sed perfecta ætas repu-
gnat ætati puerili. ergo ad minus
pueris dari non debet.

¶ Præt. Sicut Melchiades Papa
dicit, post baptismum confir-
matur ad pugnam: sed pugna-
re non competit mulieribus
propter fragilitatem sexus. ergo
nec mulieribus hoc sacramen-
tum debet.

¶ Præt. Melchiades Papa dicit, quod quamvis continuo transi-
tus, sufficient regeneratio-
nem beneficia, vietur isti, confirma-
tionis beneficia necessaria sunt
quia confirmatio armat, & instrui-
ad agones mundi huius & pra-
lia referuandos: qui autem post
baptismum cum acquisita inno-
centia immaculatus peruenient
ad mortem, confirmatur morte
quia iam non potest peccare po-
mortem, ergo statim moriuris ne-

¶ Super Questionis
septuaginta secun-
da Articulum octa-
uum nonum, & de-
cimum, & undeci-
num.

INAR. 8.9.10. & 11.
tantummodo occurrit de ministro confirmationis, ob factū
z. art. 1. qua-
stio. 2. cor.
Art. 2. huius
qua. ad 2. 8
ar. 4.

Gregorii notare , q

In epist. ad
Hilpa. epis.
a medio il-
lius; tom. 1.
Concil. loco
nunc proxi-
me citato, &
habetur de
consec. d. s.
ca. Spiritus
sanctus.

episcopos potest illam conferre.
¶ Et licet multi malta in hoc scriperint, solum tamen illi verum scriperint, qui noluerunt sapere plus quam oportet nullus, tantorum auctoritas praeponenda est ratione: unde et legimus in concilio viii universitatis Florentiae sub Eugenio IIII. verumque Armeni autentice exposuit, cum de hoc facio fuerint instruti, ut patet in literis Eugenii: unde & Auctor ratione conatus est reddere ex differentia inter Papam & alios episcopos, quod ad eminentiam potestatis i. quia Papa in plenitudine afflatus est potestatis, re liqui ut in parte loci studiorum: in dicta autem synodo, nulla redditur ratio, nisi dispensatio apostoli eccl. sedis ex rationali & urgente causa. Quid ideo dixerim ut ratio ab Auctore reddita non parui fiat, sed cum ueneratione suscipiantur, tamquam amplexa a facio Cœlio, attribuente hoc dispensationi apostoli Iacob. 2. 11. dispensare in huncmodi ad maximum spectare potestatem.

In corp. art.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc sacramentum datur ad quandam excellentiam: non quidem viuis hominis ad alium (sicut sacramentum ordinis) sed homini ad seipsum: sicut idem perfectus vir existens, habet excellentiam ad se puerum.

AD SECUNDUM dicendum, quod (sicut dictum est*) etas corporalis non praedicit anima: unde etiam in puerili etate homo potest consequi perfectum spiritualis etatis, de qua dicitur Sap. 4. Secundus uenerabilis est non diuturna, neque numero annorum computata. & inde est, quod multi in puerili etate propter robur spiritus sancti percepti, usq; ad sanguinem fortiter certauerunt pro Christo.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Chrysostomus in Homilia de Machabæis, in mundanis agoribus, etatis, ac forma generisq; dignitas requiriunt: & ideo seruis ac mulieribus, & senibus ac pueris ad eos aditus denegatur: in celestibus autem, omni persona & etati ac sexu, indistincta facultate statuum patet. & in Homili. de militia spirituali dicit, apud Deum femineus etiam militat fexus. Multe namque feminis animo uirilis spiritualem militiam gesserunt: quædam enim interioris hominis uirtute, utrosque auerunt in agonibus martyrum: quædam etiam fortiores uiris extiterunt. & ideo etiam mulieribus hoc sacramentum conferendum est.

In corp. art.

AD QUARTVM dicendum quod (sicut dictum est*) anima ad quam pertinet spiritualis etas, immortalis est. & ideo etiam morituri hoc sacramentum datum est, ut in resurrectione perfecti apparet, secundum illud Ephe. 4. Denec occurramus omnes

in uitium perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Et ideo Hugo de sanct. Vic. dicit, * omnis periculum est, si ab hac uita sine confirmatione migrare contigeret: non quia damnatur, nisi forte propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis patetur: unde etiam prius confirmati decedentes, maiorem gloriam consequuntur, sicut & hic maiorem obtinent gratiam. Auctoritas autem illa intelligitur, quanum ad hoc, quod morituri non est necessarium hoc sacramentum propter periculum pugna præsentis.

ARTICULUS 1.X.

Vtrum hoc sacramentum sit conferendum homini in fronte.

In fronte. AD NONUM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non sit conferendum homini in fronte. Hoc enim sacramentum est perfectum baptismi, ut supra dictum est: * sed sacramentum baptismi confertur homini in toto corpore. ergo hoc sacramentum non debet confiri solum in fronte.

¶ 2 Prater. Hoc sacramentum datur ad robur spirituale, ut supra dictum est: † sed spirituale robur maxime consistit in corde. ergo hoc sacramentum magis debet confiri supra cor, quam in fronte.

¶ 3 Prater. Hoc sacramentum datur homini ad hoc, quodlibet libere Christi confiteatur: sed oratio fit confessio ad salutem, ut dicitur Rom. 10. ergo hoc sacramentum magis debet confiri circa os, quam in fronte.

SED CONTRA est, quod Rabanus dicit * in lib. de institutione clericorum, signatur baptizatus christifiducie in summitate capitis per sacerdotem: per pontificem uero in fronte.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supradictum est) in hoc sacramento homo accepit spiritum sanctum ad robur spiritialis pugna: ut fortiter etiam inter aduersarios fiduci, Christi fidem confiteatur: unde conuenienter signatur christifiducie signo crucis in fronte propter duo. Primo quidem, quia insignitur signo crucis, sicut miles signo ducis, quod quidem debet esse euidentis & manifesti: inter omnia autem loca corporis humani, maxime frons manifesta est, que quasi numquam oblegtatur. & ideo linitur confirmatus christifiducie in fronte, ut in manifesto demonstraret se esse Christianum: sicut & apostoli post acceptum spiritum sanctum se manifestaverunt, qui prius in cœnaculo latebant. Secundo, quia aliquis impeditur a libera confessione nominis Christi, propter duo, scilicet propter timorem & propter verecundiam: utrinque autem horum signum maxime manifestatur in fronte propter duo, scilicet propter propinquitatem imaginacionis, & propter hoc quod spiritus corde directe ad frontem ascendunt: unde verecundati erubescunt, timentes autem pallescunt, ut dicitur in 4. Ethicorum. * & ideo in fronte signatur christifiducie, ut neque propter timorem, neque propter erubescenciam, nomen Christi confiteri pretermittat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per baptismum regeneramur ad uitam spiritualem, quæ ad totum hominem pertinet: sed in confirmatione roboramur ad pugnam, cuius signum ferendum est in fronte, quasi in evidenti loco.

AD SECUNDUM dicendum, quod principiū fortitudinis est in corde: sed signum appetit in fronte: unde dicitur Ezech. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus cori. & ideo sacramentū eucharistia, quo ho-

mo